

( 131 ) : 29  
DISPUTATIO XXXIV.

*De Confessione.*

**C**onfessio quæ spectat ad partem materialem Sacramenti Pœnitentiæ est accusatio peccatorum post Baptismum commissorum facta Sacerdoti in ordine ad absolutionem, conditiones tam utiles quam necessarias ad confessionem sacramentalem continent hi versus antiqui.

*Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis,  
Atque frequens, nuda, & discreta, libens, verecunda,  
Integra, secreta lacrimabilis, accelerata,  
Fortis, & accusans, & sit parere parata.*

Conditiones hic expendendæ necessariæ ad 4tuor reducuntur nempe ad confessionem sacramentalem requiritur 1. ut sit integra 2. ut sit vera 3. ut sit secreta 4. regulariter ut sit vocalis, antequam hæ conditiones expendantur, prius determinanda est obligatio confessionis, undè sit

Q U Æ S T I O I.

*An omnes obliget præceptum confessionis etiam quoad peccata intrâ eandem speciem aggravantia?*

**C**ertum est de fide contra Hæreticos nostri temporis, confessionem auricularem seu modum peccata sua secretò confitendi esse à Christo institutum, ità definivit Trid. Sess. 14. de pœnit. cap. 6. dicens: *si quis . . . dixerit modum secretè confitendi soli Sacerdoti, quem Ecclesia Catholica semper ab initio observavit & observat, alienum esse ab institutione & mandato Christi, & inventum esse humanum: Anathema sit.* Hæc autem veritas apertè eruitur ex S. Script. ex potestate Sacerdotibus Joan. 20. concessa: quorum remiseritis peccata &c. quæ potestas nulla esset, nisi Sacerdotes per confessionem peccatorum

acciderent cognitionem 1. Joan. 1. v. 9. dicitur *si confiteamur peccata nostra fidelis est & justus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate* Act. 19, *multi credentium veniebant confitentes & annuntiantes actus suos.* Demum perpetuum usum & praxin Ecclesiæ probant antiquissima PP. testimonia, quæ in authoribus præsertim polemicis occurrunt, de obligatione

DICO 1. *Confessio est de necessitate salutis ejus, qui in peccatum mortale actuale cecidit* S. Th. in suppl. Q. 6. A. 1. O.

*Probatur: sine quo virtute clavium à Christo Ecclesiæ ad remittenda peccata concessarum non possunt remitti peccata actualia post Baptismum commissa, illud est de necessitate salutis; atqui sine confessione virtute clavium peccata post Baptismum commissa (clavium potestas non extendit se ad eos, qui nondum baptizati peccarunt, quia nondum Ecclesiæ sudditi fuerunt, dum peccarunt) remitti non possunt; constat enim Sacerdotes judicium hoc, incognita causa exercere non potuisse, neque æquitatem quidem illos in pœnis injungendis servare potuisse, si in genere duntaxat, & non potius in specie ac singulatim, sua ipsi peccata declarassent, inquit Trid. Sess. 14. de pœnit. cap. 5. declarans Ecclesiæ sensum, quo intellexerit hanc confessionem fuisse necessariam; instituit autem Christus hoc confessionis Sacramentalis remedium velut facilius contritione, quæ in quovis humanæ naturæ statu extrâ Sacramentum ad recuperandam gratiam per peccatum actuale amissam fuit necessaria, ut eodem baptizati ad obtinendam remissionem virtute Sacerdotalis absolutio- nis uterentur, sicut igitur extrâ Sacramentum de necessitate salutis est perfecta contritio, ita in Sacramen- to necessaria est confessio, quam efficaciter convincit potestas Apostolis eorumque successoribus Joan. 20.*

con

concessa,  
mant, si in  
Obj. N  
eo, quod  
tiam pecc  
possunt, t  
inopolita  
Chryosto  
riis locis  
8. N  
constat  
absolv  
re not  
nis,  
que p  
fractu  
nitent  
Necta  
public  
gation  
à quo  
rium,  
ter sca  
doque  
runt, de  
sancti P  
deantur  
DICO  
uno modo e  
na... alio  
nentur om  
generali sub  
Prima p  
quod Christ  
torum conc

concessa, alii verò textus suppositâ hâc potestate confirmant, si intelligantur de baptizatis.

*Obj.* Non potest necessitas confessionis inferri ex eo, quod Sacerdotes absolventes debeant habere notitiam peccatorum, tum quia eandem aliundè habere possunt, tum quia aliàs Nectarius Patriarcha Constantinopolitanus non abrogasset confessionem, neque S. Chrysostomus Nectarii successor illam necessitatem variis locis negasset sicut & alii SSti. Patres.

*R.* Negando assump. ad 1<sup>am</sup> probationem constat, quod Sacerdotes, qui habent potestatem absolvendi ab omnibus peccatis, non possint habere notitiam peccatorum interiorum & deliberationis, cum qua quævis peccata fuerint commissa, neque peccatorum occultorum, aut dispositionis ad fructum absolutions recipiendum, nisi ex propriâ Pœnitentis confessione. Ad alteram dicendum, quod Nectarius abrogaverit Pœnitentiam & confessionem publicam ( licet aliqui asserant historicos illam abrogationem referentes fuisse novatianis addictos ) quæ à quodam Sacerdote, quem vocabant pœnitentiarium, pro quibusdam delictis imponebatur, propter scandala, quæ ex illa publica confessione quandoque oriebantur, ac tempore Nectarii orta fuerunt, de eâdem publicâ confessione intelligendi sunt sancti Patres Chrysostomus aliique, si alicubi videantur negare necessitatem confessionis.

DICO 2. *Ad confessionem dupliciter obligamur uno modo ex jure divino, ex hoc ipso, quod est medicina, . . . alio modo ex precepto juris positivi, & sic tenentur omnes ex institutione Ecclesie editâ in Concilio generali sub Innoc. III. S. Th. in suppl. Q. 6. A. 3. O.*

*Prima pars patet ex jam dictis; supposito enim quod Christus Dominus non velit remissionem peccatorum concedere, nisi eadem Sacerdoti confitea-*

mur, est obligatio juris divini confitendi peccata post Baptismum commissa; imò suppositâ hac institutione confessio peccatorum in re vel in voto est necessaria necessitate mediæ, sicut ipse Baptismus nondum regeneratis ut docet Trident., Sess. 14. de Pœnit. cap. 2. in re verò tantum est necessaria necessitate præcepti divini illis qui post Baptismum mortaliter peccarunt; *Dixi mortaliter*: quia cum venialia peccata non simpliciter à regno cœlorum excludant, confessioni necessariò subjicienda non sunt.

*Secunda pars exprimitur in cap. omnis utriusque sexûs 12. de Pœnit. & remiss. lib. 5. tit. 38. in quo obligationi Juris divini ad confessionem præfigitur tempus annuum his verbis: omnis utriusque sexûs fidelis, postquam ad anos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti, & injunctam sibi Pœnitentiam propriis viribus studeat adimplere.* Cujus præcepti gravitas, præterquam quod sit in materia gravi, colligitur ex adjuncta Pœnâ gravi: *alioquin & vivens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens Christianâ careat sepulturâ.*

Ex qua institutione præcepto annuæ confessionis. Imò. Obligantur omnes & soli baptizati, qui post usum rationis in grave peccatum inciderunt, unde nec impuberes peccati capaces, nec Hæretici habentes istius præcepti notitiam vel culpabilem ignorantiam ab hac obligatione sunt immunes: quia per Baptismum ingressi in Ecclesiam Dei subjiciuntur præceptis ipsius.

Adò. Illud præceptum obligat non tantum per accidens ratione communionis annuæ, sed per se, etiam separatim ab illa communionem: tum quia finis hujus præcepti est alius, quam præcepti communionis, cum sit alia utilitas & necessitas confessionis, quam

Eucha-

Eucharistia  
plendum  
post Bap  
ad sumer  
rium not  
impedire  
Unde pue  
malum te  
sunt in pe  
tur ad le  
rit disc  
collige  
res, su  
cretio  
de bo  
obedi  
pedite  
oblig  
sine co  
incide  
ad cor  
lia sap  
morra  
nem an  
tivum p  
catorum  
3. Te  
obligatio  
ultra que  
quis toto a  
gatur sequ  
mortalis, &  
florem sequ  
prævenire  
anni incipit

Eucharistia, tum quia potest esse obligatus ad implendum præceptum confessionis propter peccata post Baptismum commissa, qui non est obligatus ad sumendam Eucharistiam, vel quia hoc Mysterium nondum satis intelligit, vel quia est morbo impeditus, vel quia non habet ejus occasionem. Undè pueri discernentes sufficienter inter bonum & malum tenentur ad confessionem annuam, si lapsi sint in peccatum mortale, licet nondum admittantur ad sacram communionem, quæ majorem requirit discretionem cibi Eucharistici à cibo profano, colligere autem possunt parentes aliique moderatores, sufficientem ad peccandum mortaliter adesse discretionem, si videant pueros de malis erubescere de bonis gaudere & gloriari, mendacium horrere, obedientiam laudare &c. eodem modo legitimè impeditus à sumenda Eucharistia non tamen ideo deobligatur à facienda confessione, qui circa Pascha sine confessione communicasset, si ante finem anni incideret in peccatum mortale, adhuc obligaretur ad confessionem ante finem anni. Qui merè venialia sæpè est confessus, si ante finem anni incidat in mortale, adhuc obligatur ad confessionem ante finem anni: quia præceptum Ecclesiæ est determinativum præcepti divini, quod est de confessione peccatorum mortalium.

3. Tempus annuum non est terminus finiendæ obligationis, sed ponendæ executionis: hoc est: ultra quem executio differri non debeat, undè si quis toto anno non fuerit confessus, adhuc obligatur sequenti anno confiteri existens in peccato mortali, & si videat, se fore impotentem ad confessionem sequenti anni tempore faciendam, tenetur prævenire: quia hoc præceptum statim à principio anni incipit obligare, ut semel in anno non quidem

præcisè circa pascha, sed quovis anni tempore confiteatur existens in peccato mortali.

4. Nullum quidem datur universale præceptum Ecclesiasticum de confessione venialium, attamen tale dari posse, quo v. g. religiosi, vel Sacerdotes &c. obligentur ad confessionem intrà certum tempus faciendam etiam venialium, & tale præceptum non tamen graviter obligans in Clement. re in agro 1. de statu Monach. §. sanè 2. Monachis Benedictinis dari, ut singulis mensibus tam intrà quam extrà Monasterium saltem semel ad confessionem accedant omnes & singuli Monachi, probabile est: quia non est verosimile, quod summus Pontifex præsumperit religiosos singulis mensibus peccare mortaliter, undè intelligendus videtur de confessione solorum venialium.

5. Certum est quod illi Præcepto non satisfiat per confessionem qualitercunque invalidam: quia finis hujus Præcepti est reconciliatio cum Deo, quæ non obtinetur per confessionem invalidam, damnavit enim Alexander VII. hanc propositionem 13. *Qui facit confessionem voluntariè nullam, satisfacit Præcepto Ecclesie.*

6. Vi istius Præcepti tenetur quis in scripto confiteri, si aliter non possit: quia hoc non superaddit notabilem difficultatem, sicut propter extraordinariam difficultatem non tenetur (saltem extra Articulum vel periculum mortis) per interpretem confiteri, cum sit præcepta confessio facienda soli Sacerdoti, quo etiam excluditur interpret.

DICO 3. *Non esset confessio, nisi quis de omnibus, quæ memoria occurrerint, confiteatur. . . etiamsi sacerdos non possit de omnibus absolvere, tamen tenetur pœnitens ei omnia confiteri, ut quantitatem totius culpæ cognoscat.* S. Th. in suppl. Q. 9. A. 2. ad 2. & ad 4.

Ex-

Expl  
gnur pœ  
quoad ad  
tias specie  
intra eand  
Prima  
non sit ali  
teriore,  
cui est p  
autem n  
canda,  
lum ad  
ter ips  
furatu  
tum e  
volunt  
eiusque  
ternur  
facit co  
perfect  
etiam  
cui ex  
securu  
vel prop  
actione  
tur pœ  
tionis au  
tur: an su  
vel Censur  
Secunda  
ria specie  
quod est cor  
ceptum forn  
stinctam vir  
eiusdem virt

*Explico*: ut integra sit peccatorum Confessio obligatur pœnitens confiteri, non tantum omnia peccata quoad actum etiam exteriorem, & quoad circumstantias speciem mutantem, sed etiam quoad circumstantias intrâ eandem speciem notabiliter aggravantes.

*Prima Pars probatur*: licet actus exterior peccati non sit aliud numero distinctum peccatum ab actu interiore, à quo procedit. ille tamen actus exterior peccati est propriissimè peccatum consummatum; omnia autem mortalia jure divino sunt in confessione explicanda, ideoque certum est, non sufficere confiteri solum actum internum dicendo: volui furari, sed oportet ipsum actum externum exprimere dicendo: sum furatus, partim quia actus ille exterior verè est peccatum externum consummatum, ideoque explicatâ sôfâ voluntate internâ non explicatur tota peccati substantia ejusque malitia, tum quia frequenter peccatum externum mutat peccati aut peccatoris statum, vel etiam facit complacentiam peccati vehementiorem & magis perfectam; ex quo plerumque expedit, quandoque etiam necessarium est non tantum explicare actum peccati externum, sed etiam effectum ex peccato externo secutum v.g. homicidium ex voluntariâ ejaculatione vel propinatione veneni, pollutionem ex voluntariâ actione externâ turpi secutam, tum ut magis intelligatur perversitas voluntatis & efficacia actionis vel attentionis aut periculi ad talem effectum, tum ut intelligatur: an subsit obligatio restitutionis, an irregularitas vel Censura incurfa, an subsit reservatio peccati.

*Secunda Pars explicatur & probatur*: Circumstantiæ speciem mutantem sunt, quæ faciunt, ut peccatum quod est contra unam virtutem vel contra unum præceptum formale virtutis, sit etiam contra alteram distinctam virtutem vel contra aliud præceptum formale ejusdem virtutis, sicuti v.g. Circumstantia loci sacri, cui

cui res furto sublata est propria, facit ut furtum, quod est contra iustitiam, sit etiam contra Religionem: has circumstantias esse confitendas patet ex iis quæ tradit Trid. sess. 14. de pœnit. Cap. 5. ubi ita: *constat sacerdotibus iudicium hoc incognita causa exercere non potuisse, neque equitatem quidem illos in pœnis injungendis servare potuisse, si in genere duntaxat & non in specie potius ac sigillatim sua ipsis peccata declarassent; ex his colligitur debere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habent, in confessione recenseri, . . . colligitur præterea etiam eas circumstantias in confessione explicandas esse, quæ speciem peccati mutant, quod sine illis peccata ipsa neque à pœnitentibus integrè exponantur, nec iudicibus innotescant, & fieri nequeat ut de gravitate criminum rectè censere possint & pœnam, quam oportet, pro illis pœnitentibus imponere.* Hucusque Trid. Ex quo apud Catholicos est indubitatum, requiri, ut omnia & singula peccata mortalia quoad speciem infimam non physicam, sed moralem, item quoad numerum & circumstantias speciem mutantem in confessione exprimantur.

*3<sup>ta</sup> Pars: Controverſa inter Theologos Explicatur:* Circumstantiæ intra eandem speciem notabiliter aggravantes sunt illæ, quæ ex prudentum æſtimatione & iudicio tales iudicantur, ut ratione illarum, is qui peccatum commisit, valdè multum videatur excessisse ordinarium modum peccandi intra eandem speciem, has esse confitendas contra plures Recentiores docentes: id esse consilii non præcepti. *Probatur* 1. Ratione fundamentali: ex præcepto divino jam per Trident. declarato peccata mortalia ita in confessione sunt explicanda sacerdoti, ut is de eorum qualitate & quantitate rectè iudicare & convenientem pœnam & peccatorum medicinam & peccatoris obligationem injungere possit;

fit; arg  
biliter ag  
ne peccatu  
multiplica  
Sacramen  
stantiæ spe  
longè gra  
rialium et  
ſia depol  
circumſ  
mutant  
Trident  
mutat  
hendi  
eadem  
dicen  
tium  
lem n  
facien  
notab  
unum  
gè gra  
conſar  
Pro  
omnium  
confession  
qui 8. de  
deratis ci  
tiam injur  
Idem Pont  
nis utriusqu  
ita: Sacera  
periti medic  
ſancrati, a  
ſantias &



fit; atqui circumstantiæ intra eandem speciem notabiliter aggravantes ac facientes in communi æstimatione peccatum notabiliter gravius, vel peccata virtualiter multiplicata, maximè alterant & mutant iudicium Sacramentale, & sæpè multo magis, quam circumstantiæ speciem mutant: nam in æstimatione morali longè gravius peccatum fecit, qui aliquot millia imperialium est furatus, quam qui unum aureum in Ecclesia depositum surripuit; ergo æquè sunt confitendæ circumstantiæ notabiliter aggravantes, quam speciem mutant vel numerum multiplicantes, quamvis autem Trident. apertè solum exprimat circumstantias speciem mutant, ipsa tamen ratio allegata implicite comprehendit circumstantias notabiliter aggravantes, quarum eadem vel etiam potior, ut vidimus, est ratio, vel dicendum: nomine circumstantiarum speciem mutantium Trident. intellexisse circumstantias speciem moralem mutant, sive in æstimatione morali notabiliter facientes gravius peccatum; sic in æstimatione morali notabiliter gravius est peccatum furari mille, quam unum aureum, in æstimatione morali diversum & longè gravius est peccatum incestus cum matre quam cum consanguineâ in quarto gradu.

*Probat* 2. Trident. loc. cit. dicit: *Necesse est omnium peccatorum veniam cum apertâ & verecundâ confessione à Deo querere.* Innocent. III. in Cap. Deus qui 8. de pœnit. & remiss. monet confessarios, ut ponderatis circumstantiis omnibus competentem pœnitentiam injungant, prout saluti eorum viderint expedire, Idem Pontifex in Concil. Lateranensi relato in cap. omnis utriusque sexus 12. de pœnit. & remiss. hortatur ita: *Sacerdos autem sit discretus & cautus, ut more periti medici superinfundat vinum & oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens & peccatoris circumstantias & peccati: quibus prudenter intelligat, quale debeat*

debeat ei præbere consilium cuiusmodi remedium adhibere diversis experimentis utendo ad salvandum agrum; qualiter autem dici potest aperta & verecunda confessio gravissimi peccati, quando maxima ejus gravitas reticetur, & solum exprimitur aliquid vulgare v. g. dicendo: habui lethale odium erga proximum, dum illud per menses & annos continuit? qualiter confessarius adhibebit media, dum circumstantia consuetudinis, circumstantia periculi proximi reticetur?

*Probatur 3.* Ecclesia quandoque reservat peccatum habens circumstantiam non mutantem speciem, sed malitiam peccati tantum notabiliter aggravantem, ut dum reservat incestum in primo & secundo gradu; atqui Ecclesia non reservat peccata quæ non sunt de necessitate confessionis, ergo peccatum ut habet talem circumstantiam est de necessitate confessionis.

*Probatur 4.* Consuetudo est circumstantia peccati intra eandem speciem notabiliter aggravans; atqui pœnitens est obligatus illam confiteri: ut constat ex propositione 58. damnatâ ab Innocentio XI. *Non tenemur confessario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem.*

*Obj. 1.* Trid. definiens, quænam circumstantiæ sint confitendæ, earum tantum meminit, quæ speciem mutant; cum autem Trid. tradat doctrinam de Sacramento pœnitentiæ, si esset obligatio confitendi circumstantias aggravantes, ne doctrina Concilii esset manca, debebat addere obligationem etiam circumstantias intra eandem speciem aggravantes confitendi.

*R.* PP. Concilii Trid. voluerunt proscribere errores hæreticorum, non damnare doctrinam Catholicam, & ideo datâ operâ teste Cardinale Pallavicino Scholasticam quæstionem, de quâ nunc agimus, expressè non definiyerunt, ne scilicet damnaret quosdam Catholi-

cos, quibus visum est, illas circumstantias non pertinere ad integritatem confessionis.

*Obj. 2.* S. Th. in 4. dist. 16. Q. 3. a. 2. quæstiunc. 5. in terminis asserit circumstantias aggravantes, quæ aliam speciem peccato non tribuunt, vel quæ tribuunt quidem, sed non mortalis peccati non esse de necessitate confessionis, perfectionis tamen esse illas confiteri sicut de venialibus dictum.

*R.* S. D. loquitur de circumstantiis, quæ intra eandem speciem non notabiliter augent malitiam peccati, quia loquitur de circumstantiis intra eandem speciem peccati venialis aggravantibus.

*Q.* An etiam sit obligatio confitendi circumstantias malitiam peccati notabiliter diminuentes?

*R. 1.* Si ita minuunt peccatum, ut faciant vel nullum vel ex mortali veniale, absque dubio sunt exprimendæ: quia aliàs graviter deciperetur confessarius ac illi falsum diceretur in re gravi.

*2.* Si ita minuunt, ut tollant aliquam gravem speciem peccati, etsi aliam minorem etiam mortalem relinquunt, sunt confitendæ, ut si v. g. quis occiderit sacerdotem inculpabiliter ignorans esse sacerdotem, sciens tamen esse hominem, tunc exprimere debet se occidisse sacerdotem, nesciens talem esse: unusquisque enim debet confiteri peccatum, quod commisit, non autem illud, quod non commisit; in tali autem casu commisit homicidium & non sacrilegium.

*3.* Circumstantiæ, quæ ita minuunt peccatum intra eandem speciem, ut relinquunt illud mortale, & quidem ejusdem speciei, cujus esset sine illis circumstantiis, non sunt necessariò confitendæ, quamvis videantur notabiliter diminuere malitiam peccati: tum quia qui se accusat, non tenetur seipsum excusare, pœnitens autem in confessione est sui accusator; tum quia quando diminutio non est tanta, ut impediatur malitiam

morta-

mortalem in tali specie, non est circumstantia sufficiens mutare notabiliter iudicium morale confessarii.

*Dices*: Circumstantia multum aggravans est constitenda & variat iudicium confessarii; ergo etiam circumstantia multum diminuens.

*R.* Negando consequentiam, disparitas est: quia circumstantiæ multum aggravantes extrahunt actum ab ordinario modo peccandi, non autem circumstantiæ diminuens; deinde circumstantiæ aggravantes, si à pœnitente non explicentur non possunt à confessario licitè iudicari & existimari, faceret enim pœnitenti injuriam, si de pœnitente, qui confitetur furtum grave, iudicaret, furatum esse millionem, circumstantiæ verò minuens, etsi non exprimantur, possunt à confessario existimari sine ullo periculo v. g. de illo, qui se accusat, quod habuerit odium grave erga proximum, quamvis non exprimat, quod non adfuerit perfecta deliberatio, dummodo fuerit tanta, ut sufficeret ad peccatum mortale, iudicat confessarius, quod habuerit odium cum sufficiente deliberatione ad peccatum mortale.

De peccatis dubiis qualiter sint necessaria ad integritatem confessionis superius est dictum. Sed dubium est, an qui peccatum mortale ut dubium est confessus, si postea inveniatur illud revera fuisse commissum, teneatur illud iterum confiteri ut certum, quod ante confessus fuit ut dubium, multi respondent affirmativè, fundamentum sententiæ negativæ est: quia revera confessus est totum peccatum suum prout tunc erat in conscientia quoad speciem numerum & circumstantias se tenentes ex parte ipsius peccati, & à peccato directè est absolutus, nec cogitatio certa superveniens detegit aliquam novam circumstantiam diversificantem peccatum; ergo non est ratio, cur tale peccatum antea confessum ut dubium, postea vero cognitum ut certum, confiteri denuo obligemur.

QUÆ

Quali

Negit  
lis,

pœnitens

confessio

confitet

meti o

oblivio

Confite

DI

qua no

nem,

manif

in sup

Pre

per se

necessa

nostrâ

cata co

simplici

tas forma

ter necess

sess. 14. d

mento pœni

riam non est

cata mortale

præmeditatio

tas, qua pec

Ratio huj

natura hujus

forma iudicii

III. Partis

## QUÆSTIO II.

*Qualis integritas requiratur & quando confessio  
iteranda?*

**I**ntegritas confessionis est duplex, materialis & formalis. Confessio materialiter est integra, quando pœnitens confitetur omnia peccata mortalia ab ultimâ confessione commissa; formaliter est integra, quando confitetur omnia, quæ hic & nunc post diligens examen confitenda occurrunt, tametsi ob inculpabilem oblivionem vel alias justas causas aliqua peccatâ reipsâ confiteri omittat.

DICO I. *Habet confessio, quod sit manifestativa, qua manifestatio... impediri potest... per subtractionem, ut scilicet non subtrahatur aliquid ex his, quæ manifestanda sunt & contra hoc dicitur integra. S. Th. in suppl. Q. 9. a. 4. O.*

*Probatnr & explicatur:* Integritas materialis, etsi per se loquendo, dum non adest causa excusans, sit necessaria & juris divini, quia tamen non est semper in nostrâ potestate, nec est semper expediens omnia peccata confiteri, ideo ad valorem Sacramenti non est simpliciter necessaria integritas materialis, & integritas formalis, uti est sufficiens, ita etiam est simpliciter necessaria ad valorem Sacramenti ut definit Trid. sess. 14. de pœnit. Can. 7. *Si quis dixerit in Sacramento pœnitentiæ ad remissionem peccatorum necessariam non esse jure divino confiteri omnia & singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita & diligenti præmeditatione habeatur etiam occulta & circumstantias, quæ peccati speciem mutant.... Anathema sit.*

Ratio hujus necessitatis sumitur ex institutione & natura hujus Sacramenti, eò quod sit essentialiter in forma iudicii, in quo requiritur accusatio de omnibus

peccatis: cum causâ non integrè cognitâ iudex sententiam ferre nequeat.

Causæ excusantes ab integritate confessionis juxta communem Catholicorum sunt tres, ita ut omisso uno vel pluribus peccatis mortalibus confessio tamen sit integræ formaliter. 1. Oblivio inculpabilis. 2. Impotentia physica. 3. Impotentia moralis ob grave damnum pœnitentis aut proximi alias indè secuturum. Explicantur hæ causæ latius

1. Qui hic & nunc factò congruo examine non recordatur alicujus peccati mortalis, aut ignorat aliquid à se factum esse mortale, dummodo voluntatem habeat confitendi, si occurreret, excusatur ab integritate materiali. *Ratio est*: quia ignorantia inculpabilis excusat à transgressione legis, ideoque quamvis confessio illa non sit materialiter integra, attamen ratione integritatis formalis est confessio valida & licita, manente tamen obligatione illud peccatum ignoratum vel oblitum, dum aliquando memoriæ occurrerit, subjiciendi clavibus.

*Si dicas*: Peccata non occurrentia intelliguntur in priore confessione inclusa; ergò postea non sunt subjicienda clavibus,

2. Quod fuerint inclusa quoad effectum obtentæ remissionis, non verò quoad impletionem præcepti confessionis, quod urget quoad omnia peccata mortalia nunquam in confessione exposita, sicut per votum Baptismi justificatus tenetur adhuc, si possit, suscipere Baptismum in re.

3. Quodocunque aliquis ad materialiter integrè confitendum est physicè impotens, sufficit integritas formalis: Ille enim non potest integrè confiteri, ergo nec obligatur: quia nullum præceptum obligat ad impossibile. Unde ob impotentiam physicam non requiritur integritas materialis in his casibus; si pœnitens in-

firmus

firmus in  
deficiat lo  
elle grave  
absolvend  
deat, ca e  
in confite  
confessariu  
vendus,  
siturus ni  
fessariu  
ciens co  
aut ign  
exprim  
præcep  
tempor  
nente c  
tudo n  
confite  
aliud n  
unam fe  
quo pec  
nequeat  
peccatis  
tate mate  
ita ut om  
ideo ab I  
Licet Sac  
confessos rae  
v g potest e  
dulgentiæ.  
3. Excusat  
rals, ut, qua  
circumstantiæ  
spirituale vel e  
aut alicujus te

firmus incipiat confiteri, & uno vel altero peccato dicto deficiat loquela, aut sensibus destituatur, aut putetur esse grave periculum, ne subito deficiat, est statim absolvendus; si tamen supervivat & ad mentem redeat, cætera omissa confiteri debet. Si infirmus voluerit confiteri & periverit confessarium, sed antequam confessarius adveniat, sensibus destituatur, est absolvendus, quamvis sacerdote adveniente usu linguæ destitutus nihil omnino confiteri possit: si enim antea confessarium petiit vel signa doloris exhibuit, adest sufficiens confessio virtualis. Si aliquis sit surdus vel mutus, aut ignoti idiomatis, qui omnia exprimere non potest, exprimit tamen, quantum moraliter potest, ille satisfacit præcepto integritatis. Denique si pœnitens angustiis temporis & loci coarctetur ut in naufragio, in imminente conflictu, in publico nosocomio, ubi est multitudo moribundorum v. g. tempore pestis, ut omnes confiteri vel audiri nequeant, si imminens periculum aliud non permittat, possunt omnes simul absolvi per unam formam *Ego vos absolvo &c.* dicto à singulis aliquo peccato, quod minus infamat, aut si aliter fieri nequeat, si dixerint in genere se esse peccatores ac de peccatis dolere, talis tamen causa excusans ab integritate materiali non est concursus magnus pœnitentium, ita ut omnium confessiones integrè audiri nequeant, ideo ab Innocentio XI. damnata est propositio § 9. *Licet Sacramentaliter absolvere dimidiatè tantum confessos ratione magni concursus pœnitentium, qualis v. g. potest contingere in die magna festivitatis aut indulgentiæ.*

3. Excusat ab integritate materiali impotentia moralis, ut, quodcumque ex confessione certi peccati vel circumstantiæ timetur meritò aliquod grave damnum spirituale vel corporale ipsius pœnitentis vel confessarii aut alicujus tertii, possit illud in confessione taceri ob

impotentiam moralem. *Ratio est* : quia moraliter censetur non posse fieri, quod sine gravi damno suo vel proximi fieri nequit, quo casu urget obligatio fortior præcepti naturalis & antiquioris, ut tunc divinum præceptum positivum confitendi integrè non obliget cum tanto incommodo, sed cedat præcepto legis naturalis de conservandâ propriâ vel alienâ vitâ, famâ, & avertendis gravibus damnis sive corporalibus sive spiritualibus, unde si ex confessione certi alicujus peccati non leviter & ex insufficienti motivo sed prudenter & justè timeatur mors pœnitentis, ejus aut alterius gravis ex fractione sigilli infamatio, lapsus confessarii, qui ob lubricitatem noscitur confitentes talia peccata ad similia sollicitare, illud peccatum celari potest, ita tamen (quod etiam circâ omnes causas excusantes ab integritate materiali generaliter est observandum) quod quodocunque justa causa excusat ab integritate, semper remaneat obligatio peccatum oblitum vel omissum in proximâ confessione cessante tali causâ confitendi ut constat ex verbis Trid. sup. cit. declarantibus ex jure divino omnia peccata mortalia sigillatim in confessione clavibus Ecclesiæ esse subjicienda, opposita etiam doctrina est damnata ab Alexand. VII. propositione 11. *Peccata in confessione oblita vel omissa ob instans periculum vitæ aut ob aliam causam non tenemur in sequenti confessione exprimere.*

DICO 2. *Oblivio de actu peccati habet ignorantiam facti; & ideò excusat à peccato fictionis in confessione, quod fructum absolutionis & confessionis impedit.* S. Th. in suppl. Q. 10. a. 5. ad 4.

*Explicatur & probatur* : Dupliciter potest esse defectus in confessione; Primò ut non obstante tali defectu validè & cum fructu suscipiatur Sacramentum pœnitentiæ v. g. si quis ob causam excusantem omiserit aliquod peccatum mortale, & tunc sufficit, ut cessante causâ

causâ tal  
exponat  
præceptu  
Etum Sac  
quod im  
producat  
que pecc  
bus sub  
Etam à  
propte  
stantie  
absol  
est, si  
tunc e  
solutu  
soluzio  
culpali  
Int  
est rep  
teriali  
stantia  
aggrav  
reticul  
iltius on  
ximâ con  
obligatis  
Inferta  
valida incu  
defectus su  
non habuit  
pedita fuit p  
fit, vel null  
ctice non ha  
fuit invalida  
caruit dolore



causâ tale peccatum omissum in sequente confessione exponat secundum ea, quæ jam dicta sunt, ut impleat præceptum divinum. Secundò, ut ob talem defectum Sacramentum pœnitentiæ fictè suscipiatur, eò quod invalidum sit & nullum in confitente effectum producat, & in hoc casu debet confessio iterari, atque peccata tum omissa, tum invalidè exposita elavis subjici: quia pœnitens tenetur procurare directam à quolibet mortali absolutionem; sed si confessio propter culpabilem defectum integritatis vel alium substantialem fuerit invalida, à nullo peccato directè est absolutus; ergo tenetur omnia denuo confiteri. Aliud est, si inculpabiliter omisit aliquod peccatum mortale, tunc enim non directè sed solum indirectè ab illo est absolutus, & in ordine ad obtinendam directam absolutionem solummodo tenetur confiteri peccatum inculpabiliter omissum.

*Infertur 1.* Si confessio fuerit valida, nunquam est repetenda, etiamsi fuerit defectus in integritate materiali: ut quia aliquod peccatum vel aliquam circumstantiam peccati vel mutantem speciem vel notabiliter aggravantem es oblitus, vel ignorasti aut ex justâ causâ reticuiisti, sed tunc postea veniens in cognitionem illius omissi, quod inculpabiliter omissum est, in proximâ confessione dicere, non autem cætera repetere obligaris.

*Infertur 2.* Si confessio fuit invalida, vel fuit invalida inculpabiliter ex parte pœnitentis: ut quando defectus substantialis fuit ex parte confessarii, qui vel non habuit jurisdictionem, vel si illam habuit, illa impedita fuit per Censuram, vel formam absolutionis omisit, vel nullum prorsus peccatum intellexit, itâ ut practicè non habuerit materiam, à quâ absolveret; vel fuit invalida culpabiliter ex parte pœnitentis, ut quia caruit dolore supernaturali, aut proposito emendationis

nis, aut quia ex verecundiâ peccatum aliquod mortale vel necessariam circumstantiam confiteri omisit, aut quia in Confessione fuit mentitus circa materiam necessariam; si fuit invalida inculpabiliter, tunc cessat obligatio repetendi Confessiones intermedias, etiam non est obligatio repetendi Confessionem istam invalidam, quamdiu durat bona fides vel ignorantia vel error inculpabilis; nam etsi per istam Confessionem invalidam nulla peccata fuerint remissa, quamdiu tamen durat bona fides, habentur pro inculpabiliter oblitis, quæ vel per sequentem Confessionem legitimam vel per contritionem perfectam remittuntur, si tamen pœnitens veniat in cognitionem istius defectus substantialis Confessionem annullantis, tenebitur totam istam Confessionem repetere quoad materiam necessariam peccatorum mortalium: quia illa peccata nondum fuerunt legitimè subjecta clavibus, ideoque hucusque mansit obligatio ista confitendi; si Confessio fuit invalida culpabiliter, non tantum est obligatio repetendi istam confessionem invalidam, sed etiam communiter istas Confessiones intermedias; si tamen apud eundem Confessarium, apud quem prima Confessio invalida fuit facta, confitearis, qui adhuc sit memor peccatorum confessorum, non teneris omnia repetere sigillatim, sed sufficit generatim te de omnibus accusare, addendo peccata, quæ fortè alteri es confessus, & numerum sacrilegarum Confessionum & Communio-num, sic enim Confessio erit formaliter integra, & Confessarius sufficientem habebit notitiam peccatorum, quæ absolutioni Sacramentali modo subjiciuntur, etsi peccatorum jam antè sibi confessorum sigillatim in specie & numero non recorderetur, dummodo adhuc confusam habeat notitiam statûs pœnitentis, ut convenientem pœnitentiam, medicinam & remedia præscribere possit; si vero econtra confessiones invalidæ sint re-

pendæ a  
validas no  
non tantum  
in præced  
sunt confe  
& cum cir  
confitenda  
Q. 1.  
itâ rudis  
quoad g  
No. 1.  
peccat  
tias no  
repete  
parte  
titiâ  
cretio  
esset a  
non d  
vel ve  
lium se  
milis  
ad se ac  
se esse p  
git esse p  
tentis, q  
se. Hinc  
novit Con  
scientiam  
fretur, vel  
gravitatem  
ctione perg  
cientis dispo  
tâ suam ob  
equum de se

petendæ apud alium Confessarium, qui priores invalidas non excepit, tunc omnia peccata mortalia non tantum sacrilegè omissa, sed etiam illa, quæ in præcedentibus invalidis confessionibus sincerè sunt confessa, denuo sigillatim in specie & numero & cum circumstantiis notabiliter aggravatibus sunt confitenda.

Q. 1. An sit repetenda confessio, si Sacerdos ità rudis & indoctus fuerit, ut nullum peccatum quoad gravitatem vel levitatem potuerit discernere?

R. Per se loquendo, si pœnitens sufficienter peccata sua quoad speciem numerum & circumstantias notabiliter aggravantes expresserit, non est repetenda confessio: quia neque fuit invalida ex parte Confessarii, in quo sufficit, quod habeat notitiam de peccato pœnitentis, nec requiritur discretio levitatis aut gravitatis, aliàs sæpè invalida esset absolutio: cum etiam Sacerdos doctus sæpius non discernat, an aliquod peccatum sit mortale vel veniale, directè tamen juxtà communem fidelium sensum absolvat; sed hanc notitiam habet similis Confessarius, siquidem videns pœnitentem ad se accedere & petere absolutionem & confiteri se esse peccatorem, saltem aliquod peccatum intelligit esse peccatum, nec est invalida ex parte pœnitentis, qui supponitur sufficientem dolorem elicuisse. Hinc dixi: per se loquendo: quia si pœnitens novit Confessarium adeo imperitum, ut suam conscientiam dijudicare non sufficiat, & tamen ipsi confitetur, vel si intelligens Confessarium non percipere gravitatem delicti, tamen sine ampliori ejus instructione pergat, invalida est confessio propter sufficientis dispositionis defectum, cum pœnitens juxtà suam obligationem non procuret sufficiens & æquum de suo peccato iudicium, antequam ab eo

absolvatur, vel illud integrè ità non confiteatur, ut possit de eo fieri æquum à Confessario iudicium.

Q. 2. An sit repetenda confessio eorum peccatorum, à quibus quis est absolutus, antequam ab excommunicatione incursâ absolveretur?

R. Modo Confessarius sit competente jurisdictione instructus & bonâ fide pœnitens confiteatur peccata, inculpabiliter oblitus excommunicationis incurtæ, non est repetenda confessio illorum peccatorum; quia Ecclesia nequit positis omnibus essentialibus ad Sacramentum Pœnitentiæ requisitis ejus valorem impedire, undè per excommunicationem majorem reddit tantum Sacramenti receptionem illicitam, non autem invalidam, nisi indirectè & consecutivè, inquantum contraveniens illi prohibitioni ponit effectui Sacramenti obicem, & hinc caret dolore debito ad valorem Sacramenti requisito.

### QUÆSTIO III.

*An persona complicitis revelari possit aut debeat?*

Sensus quæstionis est: an si quis peccatum proprium nequeat aliter in confessione explicare, nisi simul exprimatur persona complicitis Confessario nota, tunc possit & debeat illud peccatum exprimi aut ejus circumstantia, ex qua Confessarius deveniat in notitiam complicitis; si enim peccatum possit aliter exprimi, aut tali Confessario fieri confessio, cui ignota sit persona complicitis, certum est, pœnitentem graviter contrà charitatem & Justitiam peccare sine necessitate ità diffamando proximum.

DICO *Ex ipsa ratione actus habet confessio, quod sit manifestativa. . . & propter hoc dicitur simplex, ut scilicet non recitet in confessione, nisi quod ad quantitatem peccati pertinet. S. Th. in suppl. Q. 9. A. 4. O.*

Exa

Explicat  
celitate e  
alium Con  
autem con  
incommo  
apud Con  
tam quant  
debet pec  
non obli  
posthab  
spiritua  
Pro  
tatis,  
tendu  
utitur  
dispen  
dem t  
legit  
test;  
qualit  
coram  
quand  
tur fan  
2. 2. Q  
diminui  
debitis c  
nec potest  
quo minu  
tum suum  
cis explicat  
istud Jus a  
opposita; r  
proximum  
suam fama  
peccavit cu

*Explico* : Quando pœnitens urgente aliquâ necessitate confitendi, non potest commodè habere alium Confessarium, cui ignotus sit complex, ipsi autem complici, ut plerumque fit, nullum aliud incommodum immineat, quam quod fama ejus apud Confessarium virum, ut supponitur, discretum quantum ad notitiam hujus criminis lædatur, debet peccatum integrè in confessione explicare, non obstante infamatione istius complicitis meritò posthabendâ majori bono servandæ integritatis & spiritualis Consilii à confessario accipiendi.

*Probatur* : Qui utitur Jure suo sine læsione charitatis, licetè agit; atqui in ordine ad integrè confitendum exprimendo peccatum complicitis pœnitens utitur jure suo, & complex hoc aliquale famæ suæ dispendium sibi ipsi imputare debet, quandoquidem tale crimen commisit cum altero, quod coram legitimo Judice conscientia explicari aliter non potest; nec aliter coram confessario infamatur, nisi qualiter etiam ipse suum peccatum confitendo sese coram Confessario infamare debet, sicut igitur, quando justâ de causâ profero verbum, quo minuitur fama alterius non injustè detraho, ut inquit S. Th. 2. 2. Q. 73. A. 2. O. *si verba, per quæ fama alterius diminuitur, proferat aliquis propter bonum necessarium, debitis circumstantiis observatis, non est peccatum, nec potest dici detractio*; ità non obstat Jus ad famam, quo minus possit & debeat pœnitens integrè peccatum suum confiteri, quod sine revelatione complicitis explicare non potest; quia voluntariè peccando istud Jus amisit. Undè ruit fundamentum sententiæ oppositæ; nam licet sit de Jure naturæ non infamare proximum, quando nempe proximus habet Jus ad suam famam; in præsentî autè eo ipso, quod complex peccavit cum altero, sciens eum debere necessariò

confiteri, cessit Juri suo ad famam in ordine ad confessionem, non tantum propriam sed etiam alterius, cum quo peccavit. *Dixi complex* : quia si fuerit merè objectum alieni peccati v. g. foror violenter cognita, debet peccatum tantum confiteri, quantum sine infamatione alterius potest.

*Confirmatur* : in foro externo, in quo agitur de delicto puniendo, qui est obligatus in judicio fateri crimen, quod non potest fateri sine complice, debet manifestare complicem, nec potest complex Jus suæ famæ opponere : quia hoc ipso, quod se fecit complicem & socium criminis, etiam reddidit se obnoxium cognitioni Judicis, qui tale crimen sine circumstantia complicis cognoscere non potest, ergo multò minus excusatio locum habebit in tribunali conscientiæ, ubi agitur de bono, & simul adest ex parte rei præceptum integrè confitendi, ex parte Judicis strictissima obligatio servandi secretum.

*Obj.* ad minus est contrà charitatem minuere æstimationem de complice apud Confessarium.

*R.* Negando assump. quia majori obligatione tenetur quis propriam famam servare quam proximi, sed non obstante dispendio propriæ æstimationis apud confessarium tenetur pœnitens confiteri etiam turpissima crimina à se commissa : quia nempe illa infamatio est per se annexa præcepto integrè confitendi; ergo neque obstat lex charitatis, quo minus teneatur quis exponere proprium peccatum cum diminutione famæ complicis apud Confessarium : aliud enim est damnum famæ confessioni intrinsecum, aliud extrinsecum; intrinsecum est, quod ex natura confessionis sequitur, & istud ab integritate materiali non excusat, siquidem per se sequitur confessionem à Deo præceptam; damnum extrinsecum est, quod per accidens sequitur ad confessionem.

confessionem  
sani, qui  
confessur  
fessionis,  
cum tali d  
Q. 1.  
fessio deb  
R. 1.  
enim de  
pœnite  
juxta  
fessur  
teit v  
fessio  
& tum  
carur  
de tu  
venia  
in ma  
trà vu  
tum in  
nem e  
sticiat  
teriam  
talia no  
venialia  
2. Pe  
confessio  
vel negan  
sacilegii;  
que Judic  
fessionis in  
dens conf  
nullam, i  
in materia

ffessionem v. g. ex malitia aut imprudentia Confessarii, qui peccatum vel pœnitentis vel complicitis confessum revelet, & hoc excusat ab integritate confessionis, eò quod confessio nimis foret onerosa, si cum tali damno deberent peccata exponi.

Q. 1. An, qualiter & sub qua obligatione confessio debeat esse vera?

R. 1. Confessio vera & fidelis esse debet: aliàs enim deciperetur Judex, qui ex confessione statum pœnitentis velut rei judicandi intelligere debet, ut juxta acceptam cognitionem ferat sententiam; defectus autem veritatis in confessione contingere potest vel circa res impertinentes ad materiùm confessionis ut circa nomen, Parentes, locum studii &c. & tunc apud omnes certum est, non esse majus peccatum mentiri intrà quam extrà confessionem, unde tunc est vel mendacium in materia levi, & erit veniale peccatum, vel est perniciosum mendacium in materia gravi, & erit grave peccatum non contrà virtutem religionis, nisi per accidens in quantum in statu peccati mortalis recipiendo absolutionem esset Sacrilegus, sed contrà veracitatem & Justitiam, vel potest esse defectus veritatis circa materiam confessionis aut necessariam: ut peccata mortalia nondum confessa, aut voluntariam ut peccata venialia & mortalia aliquando confessa.

2. Per se loquendo mentiri in materia necessaria confessionis vel affirmando quod non est factum, vel negando, quod est factum, est peccatum mortale sacrilegii: Ratio est: quia decipere confessarium ejusque Judicium variare, item violare integritatem confessionis in materia gravi est peccatum mortale reddens confessionem & absolutionem invalidam & nullam, ideoque est sacrilegium, sed qui mentitur in materia necessaria peccatorum mortalium, decipit

pit Confessarium & violat integritatem confessionis in materia gravi. Hinc imprimis ille, qui peccatum mortale nunquam legitimè confessum negat, aut ità tegit, ut à Confessario non intelligatur, committit sacrilegium: si enim omittere vel tantum tacere tale peccatum sit peccatum mortale contra integritatem confessionis, quantò magis mortale erit illud positivè negare vel dissimulare. Deindè est etiam mortale sacrilegium negare peccatum mortale jam ritè confessum, quando Confessarius sive ut Judex sive ut medicus de illo justè interrogat, tanquam de aliquo spectante ad præsentem confessionem, utpotè ad medicinam contra relapsum præscribendam, ad occasiones proximas submovendas, vel ad satisfactionem aut restitutionem injungendam: quia tunc Confessarius habet Jus interrogandi in ordine ad præsentem confessionem ritè & fructuosè expediendam, proindè mortale confessum tunc per accidens fit materia necessaria, idem est de circumstantia personæ, si confessarius ad injungendam competentem pœnitentiam, vel dandum salutare consilium roget: an pœnitens sit religiosus, an cælebs, an Matrimonio junctus: quia illæ circumstantiæ Confessario tanquam Judice vel medico interrogante sunt materia necessaria. Præterea sacrilegium committit, qui scienter fatetur peccatum mortale, quod non fecit: quia in re gravi alterat judicium Confessarii, facit injuriam ipsi Deo, cui in persona Confessarii mentitur, & sibi ipsi se de gravi crimine apud Confessarium infamando; idem est si quis scienter in numero peccatorum mortalium mentiatur plura peccata confitendo, quam reverà novit se fecisse. Denique sacrilegium committit, qui peccatum certum mortale confiteatur, ut dubium, vel econtrà dubium ut certum: quia etiam

in re

In re gr  
ter, ad  
cipiunt  
anxietat  
pele acc  
bus, qua  
tur.  
), Pe  
tum me  
non ne  
tio: c  
ment  
ment  
quin  
per f  
cusar  
teria  
cum  
facer  
D  
parte  
unic  
abol  
nis eff  
res H  
lem, p  
aliis Ho  
R. N  
tionis su  
est ex me  
sus maner  
catum fal  
Eucharist  
forma Eu  
per qua p



in re gravi alterat Judicium sacramentale notabiliter, *addidi* scienter : quia in prædictis semper excipiuntur scrupulosi, rudes & simplices, qui vel ex anxietate vel turbatione aut ignorantia bonâ fide sæpese accusant de iis, quæ non fecerunt vel de pluribus, quam fecerint, aut dubia pro certis confitentur.

3. Per se loquendo tantum est veniale peccatum mentiri in confessione circa materiam levem & non necessariam confessionis, cujus hæc datur *ratio* : quia in materia levi & non necessaria Sacramenti falsitatem committere, nec Judicium sacramentale notabiliter alterat, nec Sacramento alioquin valido gravem irrogat irreverentiam. *Dixi* : per se loquendo : quia per accidens qui falsò se accusaret de solo peccato veniali, quod esset tota materia confessionis, mortale sacrilegium committeret : cum defectu veræ materiæ remotæ, Sacramentum faceret irritum.

*Dices* : forma absolutionis falsificatur saltem ex parte, si quis cum aliis peccatis confiteretur tantum unicum veniale, quod non fecit, supponitur enim absolutioni tale peccatum, quod materia absolutionis esse non potest. Sicut si quis apponeret inter plures Hostias consecrabiles unicam non consecrabilem, peccaret mortali peccato sacrilegii, licet in aliis Hostiis forma verificaretur.

4. Negando assumpt. sensus enim formæ absolutionis superius expositus est : confero tibi quantum est ex me gratiam de se remissivam peccati, qui sensus manet verus, licet unum vel alterum veniale peccatum falsò adjiceretur. inter formam Sacramenti Eucharistiæ & Pœnitentiæ hæc est disparitas, quod forma Eucharistiæ significet cujuslibet materiæ, super qua profertur transubstantiationem in corpus & sanguini-

sanguinem Christi, quod falsificatur, si unica Hostia non consecrabilis apponatur, e contra vera manet absolutio, quamdiu materia Pœnitentiæ adest, à qua pœnitens absolvitur secundum sensum jam dictum.

Q. 2. Qualiter confessio debeat esse secreta?

R. 1. De hoc Trid. Sess. 14. de Pœnit. cap. 5. ita dicit: *ceterum quo ad modum confitendi secreto apud solum Sacerdotem, etsi Christus non vetuerit, quin aliquis in vindictam suorum scelerum & sui humiliati- nem tum ob aliorum exemplum, tum ob Ecclesie of- fensa adificationem delicta sua publicè confiteri possit; non est tamen hoc divino præcepto mandatum, nec sa- tis consultè humanâ aliquâ lege præciperetur, ut deli- cta præsertim secreta essent publicâ confessione aperienda* hucusque Trid. ex quo factum est, ut confessio Sa- cramentalis adeo apud Heterodoxos odiosa auricu- laris vocaretur, & tribunal Pœnitentiæ forum in- ternum & secretum; eò quod secretò Judicium hoc exerceatur tum ex parte pœnitentis, qui secretè so- li Sacerdoti confitetur; tum ex parte Confessarii, qui id quod in secreta confessione cognovit, nullatenus sub gravissima obligatione manifestare audet.

R. 2. Ex vi præcepti confessionis per se nullo unquam casu etiam in articulo vel periculo mortis tenetur quis publicè confiteri peccata mortalia. *Ratio est: quia jugum christianæ religionis est sua- ve, foret autem nimis difficilis obligatio, si cri- mina præsertim secreta in confessione publica fo- rent explicanda, nec uspiam colligi potest christum Dominum cum tanto onere præceptum confes- sionis positivum imposuisse, ex quo à multis infertur: vi præcepti confessionis peregrinum vel ignarum idiomatis non teneri sigillatim confiteri sua pec- cata occulta per interpretem, uti etiam videtur in-*

finua-

sinuare  
pœnit. e  
proprio S  
quia null  
facienda  
natura so  
probitate  
certum et  
Sacrame  
ri Conf  
minus  
revela  
Di  
netur  
levia  
nibus  
raliter  
tione  
non u  
mora  
sione  
tentia  
Q.  
R. C  
sentiam  
manifesta  
torum,  
clesiæ grav  
mone fieri  
muniter,  
pœnit. dist.  
dandis, ut  
rali præsent  
per scriptum  
humiliter se

sinuare Lateran. in cap. omnis utriusque sexus de  
 pœnit. & remis. dicendo : *omnia sua solus peccata  
 proprio Sacerdoti confiteatur*, cujus hæc datur ratio :  
 quia nullum est præceptum de confessione publicè  
 facienda, sed confessio quæ fit per interpretem ex  
 natura sua est publica, licet jure secreti naturalis ex  
 probitate interpretis maneat occulta, nec omnino  
 certum est, interpretem obligari ad secretum sigilli  
 Sacramentalis ; sicut ergo non tenetur quis confite-  
 ri Confessario cum periculo revelationis, ità multo  
 minus per interpretem cum longè majori periculo  
 revelationis.

*Dixi per se ; quia ad assecurandam salutem te-  
 netur peccator in articulo vel periculo mortis vel  
 levia minus infamantia, aut communiter ab homi-  
 nibus fieri solita, etiam tantum venialia, aut gene-  
 raliter confiteri & petere per interpretem absolu-  
 tionem : quia censetur esse ad alia peccata, quæ  
 non nisi per interpretem fateri potest, exponenda,  
 moraliter impotens, & factâ modo dicto confes-  
 sione potest absolvi ac fructum Sacramenti Pœni-  
 tentiæ percipere.*

*Q. 3. Qualiter confessio debeat esse vocalis ?*

*R. Confessio sacramentalis licet absolutè quoad es-  
 sentiam spectata consistere possit in quocunque signo  
 manifestativo propriæ & dolorosæ accusationis pecca-  
 torum, attamen ex traditione consuetudine ac usu Ec-  
 clesiæ graviter obligante debet esse vocalis vel vocis ser-  
 mone fieri, si homo loqui possit, ità Theologi com-  
 munitè, & sumitur ex can. quem pœnitet 88. de  
 pœnit. dist. 1. ubi dicitur : *præcepit enim dominus mun-  
 dandis, ut ostenderent ora Sacerdotibus docens corpo-  
 rali præsentia confitenda peccata non per nuntium sive  
 per scriptum manifestanda. Ratio est : quia hic mos  
 humiliter se accusandi per organum oris est convenien-  
 tissi-**

tissimus ad veniam nobis obtinendam, undè peccaret graviter, qui sine justâ causâ confiteretur nutibus signis aut etiam scripto; quia communem usum & traditionem Ecclesiæ sine justâ causâ transgredi temerarium & periculosum est. *Dixi*: sine justa causa: excipitur enim casus necessitatis & causa multum rationalis; ut si pœnitens non sat distinctâ voce se explicare posset, nec etiam ex scripto valeret legere præ nimîâ perturbatione aut verecundiâ, posset prudens Confessarius confessionem ipsius in scripto admittere, dummodo post lectionem à Sacerdote factam diceret: accuso me & doleo de omnibus his scriptis & lectis. Aut si infirmus ex gutture laborans absolutè quidem ore confiteri posset, sed non nisi difficulter, si scribere sciat, non erit urgendus ad confessionem vocalem, vel si Confessarius graviter audiret, ità ut pœnitens altiùs dicere vel legere teneretur cum periculo, ne adstantes peccata audirent, posset Confessionem in scriptis facere, dummodo generaliter se voce accusaret de peccatis scriptis.

#### Q U Æ S T I O IV.

*An confessio informis valida dotur?*

**N**Ota: Confessio valida est, quæ habet essentialiter requisita, ut sit pars Sacramenti, informis vero, quæ est insufficientis ad producendam formam gratiæ sanctificantis, de hâc Confessione an dari possit, potest tantum quæri pro casu, quo pœnitens tantum cogitans de peccatis, quæ confitetur, habet dolorem sese extendentem tantum ad illa peccata propter specialem turpitudinem ipsorum, & interea obliviscitur inculpabiliter alterius peccati mortalis, ad quod attritio illa particularis se non extendit: ut v.g. si quis haberet tria peccata homicidii, adulterii & furti, & de primis duobus quidem doleret propter specialem

in-

inhonestus etiam dem est cu Sacramen DICO. non habet ministri co Sacramen cari in pœnitia Sacra A. 8. Exp. suffice ficiens lidocla quit d forme. Pro & info propte bere de men ne quod p dolor extendit potest e menti p ad effectum ex Trid, qu simè explica nolcit dolor ponit ad rem has conditio mortaliter, candi mortal III. Part

inhonestatem ipsorum, tertii verò inculpabiliter oblitus etiam de ipso non doleret; unde hæc Quæstio eadem est cum illa, quæ quæritur, utrum possit dari Sacramentum pœnitentiæ validum & informe.

DICO. Hoc (extremæ unctionis) Sacramentum non habet aliquem effectum, qui semper ex operatione ministri consequatur, omnibus, quæ sunt de essentia Sacramenti, etiam ritè peractis, sicut... remissio peccati in pœnitentiâ existente contritione, quæ est de essentia Sacramenti pœnitentiæ. S. Th. in suppl. Q. 29. A. 8. O.

Explico: non datur Confessio informis valida, aut sufficiens ut ponatur validum Sacramentum & non sufficiens ad remissionem peccatorum in Sacramento valido clavibus subjectorum; sive, quod idem est, nequit dari Sacramentum pœnitentiæ validum & informe.

Probat: Sacramentum pœnitentiæ validum esse & informe, est illud habere omnia essentialia & tamen propter aliquem obicem non habere effectum v.g. habere dolorem confessionem & absolutionem, & tamen non habere remissionem peccatorum propter aliquod peccatum oblitum inculpabiliter, ad quod se dolor pœnitentis nec formaliter nec virtualiter extendit; atqui hoc non potest esse: quia non potest esse dolor sufficiens ad valorem Sacramenti pœnitentiæ, qui non sit etiam sufficiens ad effectum & fructum hujus Sacramenti: ut constat ex Trid. quod sess. 14. de pœnit. Cap. 3. & 4. plenissimè explicans naturam hujus Sacramenti nullum agnoscit dolorem pro Sacramento, nisi illum, qui disponit ad remissionem peccatorum, videlicet qui habet has condiciones, ut excludat voluntatem peccandi mortaliter, ut inducat propositum de cætero non peccandi mortaliter, & voluntatem servandi omnia Dei

mandata graviter obligantia ; atqui has conditiones habet unicè dolor universalis extendens se ad omnia peccata mortalia commissa unquam sive nota sive ignota, ergo dolor sufficiens, ut sit pars Sacramenti pœnitentiæ, est etiam sufficiens dispositio ad justificationem in Sacramento & consequenter nunquam potest dari Sacramentum pœnitentiæ ex parte doloris validum, quin etiam, quantum ad minus est ex parte doloris, effectum consequatur, ac ità confessio valida ratione defectus in dolore nequit esse informis.

*Obj. 1.* Ratio partis Sacramenti & dispositionis ad gratiam in dolore est separabilis ; ergo potest esse dolor sufficiens, ut sit pars Sacramenti, & consequenter reddat confessionem validam & insufficiens, ut sit dispositio ad gratiam, & sic eandem relinquere informem ; *Ant. probatur :* dolor de peccato non confesso propter causam ab integritate materiali excusantem est sufficiens dispositio ad gratiam, & tamen non est pars Sacramenti, quia non fit sensibilis in Sacramento. Deinde dolor de peccatis post baptismum cum obice susceptum commissis ex hoc motivo, quia sunt peccata hominis Christiani & baptizati, non est sufficiens dispositio ad gratiam, quia non extendit se ad peccata ante baptismum commissa, & tamen est pars Sacramenti, quia extendit se ad omnia peccata subijcibilia Confessioni Sacramentali.

*R.* Negando ant. ad primam probationem dico : quod in illo casu dolor de peccatis licitè omissis sit sufficienter sensibilis, in quantum est inclusus in dolore de reliquis peccatis confessis, qui procedit ex motivo universali ad omnia peccata extenso & involvit propositum non peccandi de cætero & servandi omnia Dei mandata, & intantum est simul pars Sacramenti pœnitentiæ.

Ad secundam probationem dico, talem dolorem vel esse

esse in  
non pe  
etiam e  
sa ;  
Christi  
lis tanq  
sic, qu  
timum  
Obi  
& in se  
mente  
potest  
sate  
& q  
men  
Sakra  
lis ;  
lidum  
loris  
liter c  
sed in  
cati m  
cet ad  
Quosè  
dens et  
tum pœ  
tendens  
jiciantur.  
R. S.  
lidà & inf  
sed invalida  
dicit enim  
qui factus ac  
suam confite  
ris, videlicet

esse insufficientem ad Sacramentum pœnitentiæ: cum non procedat ex motivo universalis, vel si sit universalis, etiam extendit se ad peccata ante baptismum commissæ; undè tunc motivum ingratiitudinis in homine Christiano erga Deum ut largitorem gratiæ baptismalis tanquam species etiam includit ingratiitudinem ut sic, quæ reperitur in omnibus peccatis etiam ante baptismum commissis tanquam genus.

Obj. 2. Authorit. S. Th. in 4 dist. 17. Q. 3. A. 4. & in suppl. Q. 9. A. 1. Ubi videtur admittere Sacramentum validum & informe, dicit enim: *confessio potest esse in eo, qui non est contritus: quia potest peccata sua pandere sacerdoti & clavibus Ecclesiæ subicere & quamvis tunc non accipiat fructum absolutionis, tamen recedente fictione percipere incipiet*; ergo inferunt Sacramentum pœnitentiæ ex defectu doloris non totalis; quia Sacramentum omni dolore catens est invalidum; sed ex defectu doloris universalis: id est: doloris se extendentis ad omnia peccata etiam inculpabiliter oblita potest esse Sacramentum validum quidem, sed informe ex defectu non sublatis obicis videlicet peccati mortalis invincibiliter obliti, & consequenter licet ad hoc, ut Sacramentum pœnitentiæ certò fructuosè suscipiatur, requiratur dolor universalis extendens etiam se ad peccata oblita, ut tamen Sacramentum pœnitentiæ validè suscipiatur, sufficit dolor extendens se ad omnia peccata, quæ actu clavibus subiciuntur.

R. S. Th. loc. cit. non loquitur de confessione validâ & informi propter defectum universalis doloris, sed invalidâ propter defectum omnis doloris necessarii, dicit enim: *unde non tenetur iterare confessionem, qui factus accedit, sed tenetur postmodum fictionem suam confiteri*: ex quibus verbis patet mens S. Doctoris, videlicet: quod talis, de quo loquitur, esset re-

cepturus effectum pœnitentiæ, si eidem Sacerdoti, cui sua peccata prius invalidè confessus fuisset absque dolore, non repetitâ de novo illorum peccatorum confessione, tantum confiteretur, se prius sine debito dolore fuisse confessum, & nunc illa eadem peccata prius jam confessa denuo clavibus Ecclesiæ subjicere, hanc autem mentem S. Th. fuisse, quod non detur Sacramentum pœnitentiæ validum & informe, sed quod positis omnibus, quæ sunt de essentia Sacramenti, semper sequatur effectus vel remissio peccatorum, patet ex verbis in Conclusionem allegatis, quibus declarat S. D. rationes, quare conveniens in Sacramento extremæ unctionis sit forma deprecatoria, hanc præter alias assignat rationem, quod ministerio Sacerdotis omnibus essentialibus positis non semper obtineat suum effectum, sicut omnibus essentialibus positis in Sacramento pœnitentiæ obtinetur remissio peccatorum. Ergò ex mente S. Th. si adsit contritio, quæ est pars essentialis Sacramenti, hoc ipso sequitur effectus Sacramenti, non aliter quam in Baptismo & confirmatione positis essentialibus requisitis sequitur character & in Eucharistia transubstantiatio.

*Inst.* Sacramentum quod sumitur fictè, est quidem validum, sed non habet effectum ob indispositionem suscipientis Sacramentum; atqui Sacramentum pœnitentiæ ex verbis S. Th. potest suscipi fictè; ergo potest esse validum & tamen ob particularitatem doloris nullum habere effectum.

*R.* Nomen fictionis quandoque sumi improprie pro indispositione subjecti impediente fructum & effectum Sacramenti, sive relinquat valorem Sacramenti sive non, & hoc modo dici potest, quod Sacramentum pœnitentiæ quandoque fictè suscipiatur: quia videlicet videtur suscipi Sacramentum, quod tamen reverà non suscipitur, sicut, si quis tantum apparenter confiteretur & absolveretur.

DIS-

M  
efficit,  
quod ad  
catis do  
qui sol  
imper

An o

D  
Conf  
P

sio,  
solven  
tanqu  
dicitur  
mittur  
pœnit.  
moralit  
re, aut  
sed omni  
quodcumq  
fit. Ratio  
testas in C  
potestas in  
comperit S  
quia cum C  
dotes, iisc